Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



trouuit adeos. Et p sabbata tria disserebat eis de
scripturis. Adaperiens & insinuans quia xpm
oportuit pati & resurgere a mortuis. Et quia hic
est xps ihs quem ego adnuntio uobis. & quidam ex eis
crediderunt & adunati sunt paulo & sile. Et de
colentib; gentilib;q; multitudo magna. & muli
eres nobiles non paucae. Zelantes autem iudei ad
sumentesq; de uulgo uiros quosdam malos. Et tu
facta concitauerunt ciuitatem. Et adstantes domui
iasonis querebant eos perducere in populum. Et cum
non inuenissent eos. trahebant iasonem. Et quosdam
fres ad principes ciuitatis clamantes. Quoniam hi qui
orbem concitant & huc uenerunt quos suscepit iason.
& hi omnes contra decreta cesaris faciunt regem
alium dicentes esse ihm. Concitauerunt autem plebem
& principes ciuitatis audientes hec. Et accepta
satis a iasone & a ceteris. dimiserunt eos. Fres uero
confestim per noctem dimiserunt paulum & silam in bere-
am. Qui cum aduenissent in sinagoga iudeo-
rum ibi erant. hi autem erant nobiliores eorum qui sunt
thessalonice qui susceperunt uerbum cum omni au
ditate. Cotidie scrutantes scripturas si hec ita
se haberent. Et multi quidem crediderunt ex eis.
Et gentilium mulierum honestarum & uiri non
pauci. Cum autem cognouissent in thessalonica
iudei. quia & berae predicatum est a paulo uerbum
dei. Venerunt & illuc commouentes & turban
tes multitudinem. Statimque tunc paulum dimi
serunt fres ut iret usque ad mare. Silas autem & timo
theus remanserunt ibi. Qui autem deducebant
paulum perduxerunt usque athenas. Et accepto man
dato a eo ad silam & thimotheum ut quam cele
rrime uenirent ad illum. profecti sunt. Paulus
autem cum athenis eos expectaret incitabatur

factione